DE CRISIBUS THESES MEDICO-PATHOLOGICAE QUAS PUBLICE DEFENDENDAS...

Alessandro Sestini

10.

DE CRISIBVS THESES MEDICO-PATHOLOGICAE

QVAS

PVBLICE DEFENDENDAS SVSCIPIT

ALEXANDER SESTINI

CAMPENSIS

PVBLICVS IN PISANO LYCEO

MEDICINAE LECTOR EXTRAORDINARIVS.

PISIS. Anno MDCCLXXVI.

Ex Typograph. Jo. Dom. Carotti Impreſs. Archiep.
Praeſidum Facultate.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PRAESTANTISSIMO . ET . MAGNIFICO . VIRO
IOANNI . GEORGIO . DE . LAGVSIO
SERENISSIMI . ON. N. PETRI . LEOPOLDI
REGI . HVNGARIAE . ET . BOHEMIAE . PRINCIPIS
ARCHIDVCIS . AVSTRIAE
MAGNI . ETRVRIAE . DVCIS . &c. &c. &c.
CONSILIARIO . AVLICO
ET . MEDICO . PRIMARIO
IN . REGIA . ACADEMIA . PISANA
PVBLICO . ORDINARIO . MEDICINAE . PRACTICAE . PROFESSORI
COLLEGI . FLORENTINI . MEDICO
ACADEMIARVM . INSTITVTI . BONONIENSIS
PHYSIO – CRITICORVM . SENENSIVM
SOCIETATIS . BOTANICAE . FLORENTINAE . SOCIO . &c. &c.
HAS . THESES
MEDICO – PATHOLOGICAE
DE . CRISIBVS
IN . OBSEQVI . ET . VENERATIONIS . ARGVMENTVM
O. O. O.
ALEXANDER . SESTINI . CAMPENSIS.

DE CRISIBVS

THESES MEDICO=PATHOLOGICAE

I.

ACtiones illae naturales, quarum ſubſidio morboſa quaelibet materies varias ob cauſas coadunata è corporibus bumanis tandem expellitur, criſes (1) conſtituunt; diverſa nimirum judicia, quibus de exitu aegritudinum aliquid vel utile, vel noxium pronunciari poteſt.

[1] Ethymologia ipſa rem declarare videtur.

II.

Omnis immutatio, qua fit, ut ipſa morboſa materies duntaxat moveatur, ſeparetur, miſceaturque, cauſam praebet ſymptomatum criticorum, quae ab iis diverſa ſunt, quae cum aegritudinibus copulantur; eo quod illa excitetur praecedente coctione, haec in cruditate, illa circa tempora criſis, haec quolibet tempore [1].

III.

Criſis agnoſci non poteſt niſi agnoſcantur tempora aegritudinum [2], ſcilicet principia, quando aegritudo ſe manifeſtat, incrementa, quando eadem augetur, ſtatus, quando gravior apparet, & declinationes, quando miteſcit.

IV.

[1] Motus materiae aegritudinem aliquam producentis excitari neceſſario debet, ut parentur res excernendae, atque ad exitum facilè diſponantur.

[2] Ex his aegritudinum temporibus planè perſpectis illud conſtituitur, efformaturque judicium, cujus ope conjicitur, utrum prognoſtica ſalubria, periculoſa, aut laethalia fieri poſſint.

IV.

SI materies haec ita diſponatur, ut ſive extra corpus erumpat, ſive aliò defluat, criſis ſupervenit [1], perfecta quidem ſi materies producens, & fovens aegritudinem ſtatim eliminetur, aut imperfecta, ſi aliqua ejus pars adhuc in ſanguine, humoribuſque ſuperſit ab eo ſecretis.

V.

VArietas criſium non ſolum ab aegritudinum indole deſumitur, ſed etiam a diverſitate regionum, ſexus, aetatis, aliarumque circumſtantiarum, veluti in endemicis, epidemiciſque maxime deprehenditur aegritudinibus (2).

[1] Ejuſmodi naturae conatibus arte aliquando promotis efficitur, ut eae praenoſcantur ipſius naturae operationes, quibus opus eſt ad ſtabiliendam promptiorem, tutioremque medendi methodum.

[2] Vid. *Hippocr. de morb. popular.*

VI.

VT ſymptomata (1) critica ab iis dignoſcantur, quae cum aegritudinibus conjunguntur, diſtinguenda eſt vis illa vitalis, quae impetum alicujus aegritudinis ſuperat, a vi ejusdem aegritudinis, quae vitalibus praevalet facultatibus, atque obſervandum, utrum talia ſymptomata praecedente coctione, vel vigente adhuc eruditate comperta ſint, & utrum circa tempus criſis, vel alio quovis tempore innotuerint, adeoque juvamen aliquod, vel detrimentum allatura ſint aegrotantibus (2).

VII.

(1) Quid ſibi velint ſymptomata doctrinae oſtendunt Pathologicae, quibus etiam evincitur ea a rebus, quas praeter naturam Medici vocant, deſumi oportere.

(2) Cuncta vero haec facilius obſervatione Medica, quam ſubtilitate Philoſophica deteguntur. *Aliud enim eſt inſpicere aegrotum in lecto jacentem, aliud in libris deſcriptum:* Bagliv. Prax. Medic. N. 12.

VII.

Judicia praecipuè non ſolum patefiunt ex vehementibus, ac repentinis aegrotantium perturbationibus, atque aegritudinis natura, & vigore, ſed ex coctione, eruditate, aliiſque praecedentibus inſtantibuſque argumentis (1).

VIII.

Perfectae eriſes ex ſignis perfectae coctionis in exerementis, & ex ſtatu aegritudinis dignoſcuntur; quando nimirum criticis diebus ea ſupervenit immutatio, quae accommodata videtur ad aegrotantes ſanos, robuſtioreſque reddendos (2).

(1) Aliquando tamen cuncta haec ita immutantur, ac pervertuntur, ut aegritudo aliqua ſolvatur abſque criſi viſibili, veluti in quibuſdam febribus ſe obſervaſſe teſtatur Sydenhamius. *Prax. Med.* N. 17.

(2) Vid. *Van-Swiet.* Comm. *in Boerhaav. aphor. de coga. & cur. morb.* §. 587.

IX.

SI exigua praecedente coctione, & in aegritudinis augmento, inſolitiſque diebus (1) ſuperveniant, neque aegrotantium viribus, aliiſque circumſtantiis reſpondeant, eruot omnino imperfectae.

X.

LEthales dicentur ſi nulla praecedente coctione (2), & in augmento, aut principio aegritudinis pravae ſupervenerint excretiones, falſa ſymptomatum imminutio, incerta pulſus varietas, & inſolita, atque perverſa aegritudinis immutatio.

XI.

(1) Ii ſunt ut plurimum, qui criſium indices appellantur.

(2) Quidquid morboſum coadunatur in humano corpore ita immutetur oportet, ut novis acquiſitis affectionibus, noxiſque characteribus aptum reddatur ad eas ſemitas pervadendas, quae ſibi propriae ſunt. Quod quidem perfecte fieri nequit, niſi eliminanda materies abſolutam coctionem, totalem ſcilicet immutationem ſubierit. Hinc ſi nulla praecedens coctio fuerit, lethalis neceſſario finis erit expectandus.

XI.

Futurae criſes materiae noxiae coctioni reſpondentes cum alterationibus quibuſdam conjunguntur, quae plus minuſque innoteſcunt [1]. Nam difficiles aliquando ſupervenìunt tolerantiae, deliria, vigiliae, graves ſomni, anhelitus, vertigines, moleſtae ſenſationes, aurium tinnitus, dolores, tremores, aeſtus, atque alia innumera, quae ex obſervationibus eruuntur [a].

XII.

Obſervatione conſtat ex quibuſdam ſignis ſimul junctis criſes aliquas peculiares demonſtrari, quibus deficientibus nil temere pronunciandum [3].

[1] Vid. *Boerhaav. Inſt. Medic.* §. 922. *& ſeq.*

[2] Hac vero cum aucta, vel imminuta irritabilitate ut plurimum copulantur, quae juxta majorem, minoremve ſui ipſius actionem ſive partium auget, ſive imminuit contractionem, atque in ipſis maximas aliquando inducit perturbationes a criſibus non disjunctas, quemadmodum aſſiduis conſtat practicorum obſervationibus.

[3] *Si nihil in morbo firmiter praeſagire poſſimus, ſatius eſt tacere, quam temere pronunciando falli.* Hippocr. De dieb. decret. §. 12.

XIII.

CRiſes per abſceſſum cognoſcuntur ex ilio-rum calore, & tumore, laxitudinis ſenſatione, anhelitu, ſomni profunditate, urinae tenuitate, & cruditate, doloribus, & ſurditate (1).

XIV.

PEr ſanguinis fluxum è naribus ex colli inflatione, atque dolore oculorum, caligine, ſplendoribuſque, vertigine, frigore partium extremarum, alvi adſtrictione, tenſione hypocondriorum, pectoris oppreſſione, rubore faciei, aurium murmure, involuntaria lacrimarum profuſione, nariumque pruritu (2).

XV.

(1) Si ejuſmodi phaenomena cauſam prebeant rebus excernendis, quae ſalubrem producant effectum, criſes ſalubres ſperandae ſunt, ſecus vero de gravi diſenteria, aut diarrhaea ſupereſt ambigendum, ex qua aegritudines recrudeſcant, promptumque portendant interitum.

(2) His praeeuntibus ſanguiniſque fluxu per nares ſuperveniente multas tolli capitis aegritudines obſervatione conſtat. Vid. *Hippocr. Aphor. Sect. VI. Aphor.* 10.

XV.

Per menſtruam foeminarum excretionem ex hypogaſtrii dolore, ac tenſione, lumborum aeſtu, & gravitate [1].

XVI.

Per haemorhoides ex lumborum dolore, ac tenſione, aeſtu circa ſpinam dorſi, atque dolore circa inteſtinum rectum (2).

XVII.

Per vomitum ex morſu ſtomachi (3) cum dolore capitis, oculorum tenebris, tremore labiorum, magna ſalivae copia, inappetentia, nauſea, & conſtrictione in hypocondriis.

XVIII.

---

(1) Quomodo fiat ut ex doloribus, tenſionibuſque hypogaſtrii, atque ex gravitate, aeſtuque lumborum menſtruam deducatur imminere foeminis purgationem, conſenſus oſtendit, uſuſque partium. Nam in foeminis, quae gravidae non ſunt, retropellitur verſus ſuperiores partes affluens, & exaeſtuans ſanguis ille, qui in gravidis nutritioni foetus inſervire deberet, donec adeo augeatur illius quantitas, ut vaſa uterina diſrumpat. Vid. *Freind. Emmenolog. Cap. III.*

[2] Vid. *Buxtorf. de cur. val. rel. pag. 62.*

[3] Vid. *Sagar. ſyſtem. morb. ſympt. pag. 28.*

XVIII.

Per alvi fluxum ex defectu ſignorum aliarum excretionum, dolore, & alterationibus variis ſtomachi, & inteſtinorum [1].

XIX.

Per urinam [2]. ex hypocondriorum pondere, tempore hyberno, aetate ſenili, ſenſatione inflationis circa veſicam, alvi adſtrictione, ardore circa urethram, & circa veſicam ipſam. Quin & alia ſolent inſurgere ad criſium perfectionem neceſſaria (3), niſi forte antecedens urinae quies, eaque nimium diuturna, ut fieri ſolet, aliquod oppoňat impedimentum [4].

XX.

---

(1) Harum alterationum varietas efficit ut criticae per alvi fluxum evacuationes ab accidentalibus aliis, hiſque nullimode criticis diſtinguantur. Obſervandum tamen evacuationes alias in ſanis etiam hominibus aliquando ſponte ceſſare, veluti ex naturali hominis ſtatu, atque imminuta nutritione colligitur. Sed de morboſo hominis ſtatu ſermo eſt, in quo humores ob cauſas longe diverſas imminuuntur. *Haller. Elem. Phyſiol. corp. hum. L.* 30. *Sect.* 2.

[2] Plures acutas aegritudines per urinam fuiſſe ſublatas vidit prae ceteris Alpinus *De praeſag. vit. & mort. aegrotant. L.* 4. *Cap.* 16.

[3] Vid. *Nibell. Nov. rar. obſerv. circa criſ. præd. ex pulſ. pag.* 76.

(4) Accidere non raro ſolet ut *urina quieſcens terram ſuam continuo deponat, eaque novis accedentibus ſtratis in calculum abeat*. Ita Hallerus *Prim. lin. Phyſiol. in uſ. præl. acad. quart. auct. & emend.* §. 805.

XX.

Per ſudorem tandem ex urinae ſuppreſſione, puſtu udoſo, & molli, rigore, partium calore, cutiſque mollitie (1).

XXI.

Hinc patet aptiorem eſſe in qualibet aegritudine viam, per quam ipſa tollatur. Puſtularum enim ſuppuratio variolas tollit, bubonum eruptio peſtem, biliofa alvi ſolutio febrem ardentem, & ſic de reliquis (2).

XXII.

(1) Neceſſe tamen eſt ut ſudoris erumpentis quantitas nimia non ſit; alioquin perniciem afferre poteſt aegrotantibus non exiguam. Vid. *Hoffmann. de criſ. & critic. dieb. in experi. ration. fundam.* Sed certum non ſemper eſt violentum ſudorem criſes producere. Vid. *Baglive. Prax. Medic.* §. 9.

(2) His immutatis, vel recidivae fiunt aegritudines, quae ſanatae protinus videbantur, vel nova inſurgit aegritudinum aliarum ſeries, quae cauſam priori aegritudini acceptam referunt, & cum multiplici ſymptomatum numero conſociari ſaepiſsime ſolent.

XXII.

QVaelibet criſis ſuas habet conditiones, ex quibus modo fauſtus, modo infauſtus exitus deſumi debet, quo aegrotantes judicantur [1].

XXIII.

QVae autem bonum exitum aegrotantibus portendunt Medicis occaſiooem praebent ut de ſanitate judicent. Secus vero de aegritudinum exacerbatione, ac lethali exitu ambigendum [2].

XXIV.

(1) Eos vocat Hippocrates *Epidem. L. I.* judicatos, quibus varia incommoda, eademque ſaepe gravia, poſt criſim acciderint, & quorum aliquos mors abſtulerit.

(2) Prognoſtica tamen ejuſmodi ſunt caute, prudenterque cum naturae viribus conferenda; eo quod habeat ipſa nonnumquam ſemitas quaſdam ſecretiores, per quas modo excretionem molitur materiae noxiae, modo ejusdem promovet derivationem, & incertum magis reddit exitum cujuslibet aegritudinis.

XXIV.

CRiſis, quae imminet, ex ſignis coctionis eniteſcit, ſi aliquo maxime die demooſtretur, quo fuerit indicata (1).

XXV.

NEceſse tamen eſt, ut fiat io aliquo eorum dierum, qui critici dicuntur, quales ſuot juxta obſervationes, praeſertim in acutis aegritudinibus, quintus, ſeptimus, nonus, undecimus, decimus quartus, atque alii (2).

XXVI.

(1) Coctiones celeritatem judicationis, & ſanitatis ſecuritatem oſtendunt.

(2) Vid. *De Haen Rat. Med. in Noſocom. pract. Tom. I. cap.* 4. Accidit autem ut non ſemper id fiat, adnotante praeſertim Galeno *De dieb. decret. Lib.* 1. *cap.* 2.

XXVI.

INſuper pateſieri debet per copioſam aliquam excretionem [1].

XXVII.

Nihil excernendum, & incoctum ipſa relinquere debet, quod non excernatur, quandoquidem coctionem ſubierit [2].

XXVIII.

QUin & aegritudinis, atque aegrotantium circumſtantiis (3) aptari debere indubitatum eſt.

XXIX.

(1) *Quae ſine manifeſta excretione levant recidivam facere ſolent.* Hipp. loc. cit.

[2] Vid. *De Gorter. De Medic. Hippocr. L. 2. Aph.* 12.

[3] Circumſtantiae aegrotantium aeri, cibo, potui, ſomno, vigiliae, motui, quieti, excretis, retentis, animique affectionibus reſpondent.

XXIX.

SEd fiat oportet cum aegrotantis levamine, & abſque gravi aliquo ſymptomate (1).

XXX.

HIs praeeuntibus ſalubres criſes expectare fas erit, hiſque variantibus contraria omnino evenire poſſe obſervatiooes oſtendunt (2).

---

[1] In acutis maxime affectionibus aliquando accidit ut aegrotantes, qui a primaria aegritudine immunes fierent, ob grave aliquod ſuperveniens ſymptoma novam producens aegritudinem, citius intereant. Quare *morborum*, ut ioquit Gaubius, *in alios morbos tranſeuntium ingens & numerus, & diverſitas eſt*. Inſtit. Patholog. Medic. §. 886.

[2] Vid. *Galen. De art. n. 7.*

DISPVTABVNTVR PVBLICE
IN
MAGNO PISANI ATHENAEI
AVDITORIO
ANNO DOM. MDCCLXXVI.
Menſe Majo Die XV. Hora X. Antemerid.
ANNVENTE
ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO
DOMINO
ANGELO FABRONIO
PATRICIO PISTORIENSI
EQVITE ORDINIS S. STEPHANI P. & M.
ECCLESIAE
CONVENTVALIS EJVSDEM ORDINIS PRIORE
MERITISSIMO
Nec non
PISANAE ACADEMIAE PRO R. C.
PROVISORE VIGILANTISSIMO.

DOMINI ARGVENTES ERVNT.

Dominus Franciſcus Joannes Papini Piſtorienſis Collegii Ferdinandi Convictor, nec non in Piſano Lyceo publicus Medicinae Lector Extraordinarius Deſignatus.

Dominus Michael Martelli a Caſtro Signarum.

Dominus Angelus Grazzini Sancti Joannis ex Valle Arni ſuperiore.

CAETERIQVE VOLENTES.

99 937088

Google

Digitized by Google